Universitätsbibliothek Paderborn

# Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

**Eusebius <Caesariensis>**

**Mogvntiae, 1672**

XXXVI. Magicae artes Maxentii, & alimentorum penuria Romae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

τόν τ' ἄνδρα τὸν αὐτῆς ἔγνω δέους ἕνεκα λαβόντας αὐτὴν, ἀπάγειν κελεῦσαι. βραχὺ παραιτησαμένη χρόνον, ὡς ἂν τοῦ σώματος τὸν συνήθη περιβάλοιτο κόσμον, εἴσεισιν ἐπὶ ταμεῖον, καὶ μονωθεῖσα, ξίφος τοῦ στέρνου πήγνυσι. θανοῦσά τε παραχρῆμα, τὸν μὲν νεκρὸν τοῖς προαγωγοῖς καταλείπει. ἔργοις δ' ἁπάσης γεγωνοτέροις φωνῆς, ὅτι μόνον χρῆμα ἀήττητόν τε καὶ ἀνώλεθρον, ἡ βοωμένη παρὰ Χριστιανοῖς σωφροσύνη πέφυκεν, εἰς πάντας ἀνθρώπους, τούς τε νῦν ὄντας καὶ τοὺς μετέπειτα γενησομένους ἐξέφηνεν. αὕτη μὲν οὖν τοιαύτη τις ὤφθη.

A & virum ſuum metu adactum permiſiſſe illis ut ſe prehenſam abducerent (erat autem mulier Chriſtiana) breve temporis ſpatium concedi ſibi flagitavit ad corpus ſolemni cultu exornandum. Et cubiculum ingreſſa, ſolam ſe relictam videns gladium pectori immerſit; ſtatimq; exanimata, cadaver quidem perductoribus reliquit. Ipſis verò factis quę omni voce clariùs reſonant, cunctis qui nunc ſunt & qui poſthac erunt mortalibus declaravit, pudicitiam penes ſolos Chriſtianos invictam atq; inexpugnabilem, nec morti obnoxiam eſſe. Atque hæc quidem ita ſe geſſit. B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕʹ.

*Ἀναίρεσις δήμου Ῥωμαίων ὑπὸ Μαξεντίου.*

ΤΟῦ δὲ τοιούτοις ἐπιτολμῶντος πάντες ὑποπεπτηχότες δῆμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι, δεινῇ κατετρύχοντο τυραννίδι. καὶ οὐδ' ἠρεμούντων καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγή τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου φονώσης ὠμότητος. ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἤδη ποτὲ προφάσει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐξεδίδου· καὶ ἐκτείνετο μυρία πλήθη τοῦ δήμου Ῥωμαίων ἐπ' αὐτοῦ μέσου τοῦ ἄστεως, οὐ Σκυθῶν ἢ Βαρβάρων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν οἰκείων δόρασι καὶ πανοπλίαις. συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὅσος διὰ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνηργεῖτο τῆς ἑκάστου περιουσίας, οὐδ' ἐξαριθμήσασθαι δυνατόν. ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων.

## Caput XXXV.

*Cædes populi Romani juſſu Maxentii.*

EUm igitur ad ejuſmodi facinora cum omni audacia prorumpentem cuncti reformidâtes, tam plebei quam Magiſtratus, tam nobiles quam obſcuri, graviſſima tyrannide opprimebantur. Ac tametſi quietè agerent, & acerbiſſimam ſervitutem patienter tolerarent, ne ſic tamē vitare poterant cruentam tyranni atrocitatem. Deniq; quodam die leviſſimam ob cauſam populum Romanum Prætorianis militibus C obtruncandum dedidit. Atque ita innumerabilis multitudo populi Romani, non Scytharum ac Barbarorum, ſed civium ſuorum haſtis armiſque in media urbe trucidata eſt. Quantæ porrò Senatorum cædes factæ ſint, ut in bona uniuſcujuſque eorum invaderetur, numerari nullo modo poteſt; cùm quotidie plurimi confictis variis criminibus interficerentur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λϛʹ.

*Μαγεῖαι Μαξεντίου κατὰ Κωνσταντίνου, καὶ ἔνδεια τροφῶν ἐν Ῥώμῃ.*

Ἡ δ' ἐπὶ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς, ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε. μαγικαῖς ἐπινοίαις τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου. λέοντάς τε κατασφάττοντος, καί τινας ἀρρητοποιΐας ἐπὶ δαιμόνων προσκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ τῆς νίκης κρατήσειν ἤλπιζεν. οὕτω μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης ὁ τυραννῶν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οἷα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο. ὡς ἤδη τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ

## Caput XXXVI.

*Magicæ artes Maxentii, & alimentorum penuria Romæ.*

TAndem verò tyrannus ſceleribus ſuis quaſi quoddam faſtigium, ma- D gicæ artis pręſtigias impoſuit, nunc mulieres gravidas diſſecans, nunc infantum recens in lucem editorum rimans viſcera: leones quoque interdum mactans, & quædam nefanda peragens ſacra ad dæmones evocandos, & ad bellum quod jam inſtabat, depellendum. His enim artibus victoriam ſe adepturum ſperabat. Hic igitur dum Romæ tyrannidem exercet, vix dici poteſt quot quantiſq; malis ſubditos oppreſſerit atque in ſervitutem redegerit: adeò ut ad extremam

truſi ſint alimentorum penuriam, qualem antea Romæ unquam fuiſſe, nulla hominum ætatis noſtræ memoria recordatur.

A σπάνει καὶ ἀπορίᾳ καταστῆναι, ὅσην ἐπὶ Ῥώμης οὐδ' ἄλλοτέ ποτε οἱ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν.

## Caput XXXVII.

*Maxentii exercitus in Italia ſuperati.*

OB hæc cuncta dolore ac miſeratione commotus Conſtantinus, omni bellico apparatu adverſus tyrannidem ſeſe inſtruxit. Cumq; ſummum omnium Deum Patronum ſibi adſciviſſet, Chriſtúmque ejus Filium Servatorem atque Auxiliatorem invocaſſet; & victoriæ tropæum, ſalutare ſcilicet ſignum ante milites ac ſtipatores ſuos ſtatuiſſet, cum omni exercitu progreſſus eſt, eo conſilio ut Romanis libertatem quam à majoribus ſuis acceperant, interventu ſuo reſtitueret. Porrò cùm Maxentius magicarum artium præſtigiis magis quàm ſubditorum benevolentia confiſus, ne quidem extra urbis portas progredi auderet; cuncta verò in circuitu urbis Romæ ac totius Italiæ loca, oppida, regiones quas ſervitutis jugo oppreſſas tenebat, innumerabili armatorum multitudine & diſpoſitis ad inſidiandum exercitibus undique muniiſſet: divino fretus auxilio Imperator, primam, ſecundam ac tertiam tyranni aggreſſus aciem, cunctis primo ſtatim impetu fuſis ac fugatis, in interiora Italiæ penetravit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

*Ἧττα ἐν Ἰταλίᾳ Μαξεντίου στρατευμάτων.*

ἈΛλὰ γὰρ τούτων ἁπάντων οἶκτον ἀναλαβὼν Κωνσταντῖνος, πάσαις παρασκευαῖς ὡπλίζετο κατὰ τῆς τυραννίδος. προστησάμενος δῆτα ἑαυτοῦ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων, σωτῆρά τε καὶ βοηθὸν ἀνακαλεσάμενος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. τό, τε νικητικὸν τρόπαιον, τὸ δὴ σωτήριον B σημεῖον, τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὁπλιτῶν τε καὶ δορυφόρων προτάξας, ἡγεῖτο πανστρατιᾷ, Ῥωμαίοις τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας προμνώμενος, Μαξεντίου δῆτα μᾶλλον ταῖς κατὰ γοητείαν μηχαναῖς, ἢ τῇ τῶν ὑπηκόων ἐπιθαρροῦντος εὐνοίᾳ, προελθεῖν δ' οὐδ' ὑπὲρ πυλῶν τοῦ ἄστεος ἐπιτολμῶντος. ὁπλιτῶν τῷ πλήθει καὶ στρατοπέδων λόχοις μυρίοις πάντα τόπον καὶ χώραν καὶ πόλιν, ὅση τις ὑπ' αὐτῷ δεδούλωτο, φραξαμένου, ὁ τῆς ἐκ Θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένος βασιλεύς, ἐπιὼν πρώτῃ C καὶ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ τοῦ τυράννου παρατάξει, εὖ μάλα τε πάσας ἐξ αὐτῆς πρώτης ὁρμῆς χειρωσάμενος, πρόεισιν ἐπὶ πλεῖστον ὅσον τῆς Ἰταλῶν χώρας.

## Caput XXXVIII.

*Maxentii interitus in ponte Tiberis.*

TAndémque ad ipſam urbem Romam propius acceſſit. Verùm ne unius tyranni cauſâ Romanos omnes oppugnare neceſſe haberet, Deus illum quaſi vinculis quibuſdam conſtrictum quam longiſſimè extra urbis portas protraxit: ſimulque priſca illa adverſus impios edita miracula, quæ ſacris Voluminibus continentur, & quibus multi quidem perinde ac fabulis fidem derogant, cùm tamen fidelibus fide digna videantur, cunctis tam fidelibus quàm infidelibus qui hoc miraculum quod dicturi ſumus oculis ſuis ſpectaverunt, veriſſima eſſe opere ipſo comprobavit. Nam quemadmodum Moſis ac religioſæ quondam gentis Hebræorum temporibus, Deus currus & exercitum Pharaonis projecit in mare; lectiſſimos milites ex curru pugnantes triſtatas ſubmerſit in mari rubro, & fluctibus operuit; ſic planè

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ.

*Μαξεντίου θάνατος ἐν γεφύρᾳ ποταμοῦ Τιβέρεως.*

ἬΔη δ' αὐτῆς Ῥώμης ἄγχιστα ἦν. εἶτ' ὡς μὴ τοῦ τυράννου χάριν Ῥωμαίοις πολεμεῖν ἐξαναγκάζοιτο, Θεὸς αὐτὸς οἷα δεσμοῖς τισὶ τὸν τύραννον πορρωτάτω πυλῶν ἐξέλκει· καὶ τὰ πάλαι δὴ κατ' ἀσεβῶν ὡς ἐν μύθου λόγῳ D παρὰ τοῖς πλείστοις ἀπιστούμενα, πιστά γε μὴν πιστοῖς, ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα, αὐταῖς ἐνεργείαις ἅπασιν ἁπλῶς εἰπεῖν πιστοῖς ἅμα καὶ ἀπίστοις, ὀφθαλμοῖς τὰ παράδοξα θεωμένοις ἐπιστώσατο. ὥσπερ γοῦν ἐπ' αὐτοῦ ποτε Μωϋσέως καὶ τοῦ θεοσεβοῦς Ἑβραίων γένους, ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔρριψεν εἰς θάλασσαν, καὶ ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν